



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XXXIV. De Purgatione Canonica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

ta expressè & specificè derogant. Trid. S. 25. c. 20. & 22. de Regular. Unde ab Alexandro VII. damnata quoque est hæc propositio: *Regulares possunt uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata à Concilio Tridentino.*

TITULUS XXXIV.

De Purgatione Canonica.

SUMMARIUM.

1. *Quid sit, & quomodo fiat Purgatio Canonica.*
2. *Quando habeat locum.*
3. *Quis ejus effectus.*

Purgatio hoc loco est *ostensio innocentie, se per objecto crimine.* Si fiat modò à SS. Canonibus præscriptò, vocatur *Canonica.* Si alio, *Vulgaris,* de qua in *tit. seq.* Plures quidem olim erant modi se purgandi à SS. Canonibus recepti, velut per juramentum ad Sepulchra Reliquias Sanctorum: per publicam sumptionem Eucharistiæ, adjecta quandoque imprecatione repentini interitûs, si objectum crimen sit commissum &c. Sed hodie, postquam Fidelium spes in Deum & Sanctos fiducia deficere, vel in speffitionem degenerare cœpit, exoleverunt, & remansit unicus modus *c. 1. §. 7. b. t. præscriptus,* qui consistit 1. in juramento, quo purgandus rati Evangelii, etsi Episcopus sit, jurare debet, nec per se, nec per alium suo nomine, commissum esse crimen vel excessum sibi objectum. 2. in juramento aliorum virorum (vel in horum defectu

famularum, honestæ vitæ) qui *compurgatores* dicuntur, plures vel pauciores, v. g. 12. 7. 5. 3. juxta qualitatem delicti, infamiæ, personæ, & pariter tactis Evangelii jurare debent, quod credant, objectum crimen à Purgando seu Reo non esse perpetratum: proin Purgandus ipsis debet esse notus. Prius juramentum est *veritatis*, posterius *credulitatis*. Iste modus, etsi valde aptus sit ad finem à Jure Canonico intentum & salutaris, ut crimen, quod alio modo satis probari nequit, vel detegatur & debitè puniatur, vel ut personæ difamatae ac innocentis honor restauretur, tamen ferè in solo foro Canonico locum obtinet (In Civili enim ejus loco adhibetur Tortura) Imò etiam in foro Canonico ferè in desuetudinem abiit, & rarissimè indicitur, nisi ubi viget Sacra Inquisitio contra Hæreticos, ut notant Doctores cum Jul. Claro, idque reprehendunt.

Dico 1. Ut Judex competens indicare possit 2
 Purgationem Canonica, requiritur 1. ut persona, cui indicenda est, sit talis, cujus integritas famæ multum est necessaria Reipublicæ, proba, & non vilis aut plebeja. *c. 1. 3. 5. b. t.* 2. ut præcesserit accusatio, vel denuntiatio, vel diffamatio, aut indicia gravia, unde aliquis verisimiliter apud viros graves sit suspectus de gravi crimine. *c. 4. seqq. eod.* 3. ut nec innocentia nec crimen alio modo, v. g. per testes, probari queat. *c. 10. eod.* denique 4. ut crimen non sit notorium. *c. 15. eod. c. 9. de Accus.*

Dico 2. Effectus Purgationis Canonicae vel est 3
 absolutio à crimine & declaratio innocentia, proin sublatio infamiæ & scandali, si legitimè facta sit.
 text.

text, & DD. in c. 8. 10. h. t. l. 2. ff. de Jurjur.
 Vel condemnatio ad pœnam crimini proportio-
 nam, si Reus in Purgatione deficit, vel jurare ren-
 sando de sua innocentia, vel compurgatores non
 inveniendos, qui de credulitate jurare voluissent.
text. & gl. in c. 7. h. t. quia præsumptio, quæ pœna
 tantum erat verisimilis contra diffamatum, contra
 deficientem in Purgatione fit violenta & vici-
 mentissima, ut adedè etiam pœna ordinaria (non
 tamen mortis vel mutilationis) infligi possit, pœ-
 na, quæ tradidi ad *tit. XXIII. lib. II. de Præsump-
 tionibus.* nam deficiens in purgatione habetur
 convictus. *Summar. & text. in c. 10. cit.* Minus te-
 men & arbitriò Judicis puniendum voluit alii pre-
 fertim si defectus fuit ex parte Compurgatorum.

TITULUS XXXV.

De Purgatione Vulgari.

SUMMARIUM.

1. Quid sit, & quomodo fiat Purgatio Vulgari.
2. An sit licita.
3. An cruentatio Cadaveris faciat probationem.
4. Quid de Provocatione ad Divinum Tribunal
sentiendum sit.

1 **P**urgatio Vulgaris sic dicta, quia Vulgi sit
 perstitiosæ observationi originem debet.
 est probatio criminis vel innocentia ex sit
 perstitiosa vulgi observatione & moribus introducta.
 Fieri solebat vel per duellum: vel per ignem, To-
 meres aut prunas ardentis, nudis pedibus subire